Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

aliquantulū qui uenturus est uenit, et non tardabit. Iustus autem ex fide uiuit. ℣. Anima nra sicut passer eripta ē de laqueo uenantiū. ℣. Laqueus contritus est et nos liberati sumus. Adiutoriū nrm in nomine dni qui fecit celū et terram. Alla: Iusti epulent et exultent in conspectu dei delectentur in leticia. Infra hebdomadam tractus. Qui sciant. In illo t. Cum marcū. egrederetur ihs de templo; ait ei unus ex discipulis eius. Magr; aspice quales lapides et qles structure. Et respondens ihs ait illi. Videes has omnes magnas edificationes? Non relinquetur lapis super lapidē; qui nō destruatur. Et cum sedet in monte oliuarū contra templū; interrogabant eū separatim petrus et iacob et iohes et andreas. Dic nobis quando ista fient; et quo signum erit quando hec omnia incipient consummari? Et respondens ihs cepit dicere illis. Videte ne quis uos seducat. Multi enim uenient in nomine meo dicentes quia ego sum xps; et multos seducent. Cum audieritis autem bella et opiniones bellorum; ne timueritis. Oportet ea fieri; sed nondum finis. Exurget enim gens contra gentem et regnum super regnum; et erunt terremotus per loca et fames. Initium dolorum hec. Videte autem uosmetipos. Tradent enim uos in concilijs; et in synagogis uapulabitis. et ante reges et psides stabitis propter me in testimonium illis. Et in omnes gentes primum oportet predicari euangelium. Et cum duxerint uos tradentes nolite precogitare quid loquamini; sed quod datum fuerit uobis in